

Dominicus Burgauer¹⁾ an Vadian.

Basel. (1521?) Mai 15.

Bitte um Rat und Anleitung zum Studium.

Insigni philosopho Ioachimo Vadiano, præceptori suo, Dominicus Burgower(r). S. P.

Cum nuper te adhortarer, mi Vadiane doctissime, ut tu, qui præceptis institutisque virtutis egregie^{a)} excellis, quibus equidem me et verbis et scientiis^{b)} summa auctoritate augere potes, ut et archetypo^{c)} aut vię aut æmulationis^{d)} præscribendo facultate tua ad meam utilitatem^{e)} adiungeres, quam quidem ad rem dogmatibus tuis mihi (ut patet) maximum adiuumentum afferes, non modo literarum omnium rudi, sed etiam^{c)} virtutum ignavo. Quamobrem institue^{f)} huiusmodi discendi iudicandique^{g)} genere normam, fontem, a quibus verus virtutis rivulus scateat. Nam multa sunt præcepta et præsertim, ut Isocrates paraenesi^{h)} suo ad Demonicum scribit: ἀναγινώσκειν ὡσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν ὀρῶμεν ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλαστίματα καθιζάνουσαν, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσαν, οὕτω χρὴ καὶⁱ⁾ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους μηδενὸς μὲν ἀπείρωσ ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. Μόλις γὰρ (ἄν) τις ἐκ ταύτης ἐπιμελείας τὰς τῆς φύσεως ἀμαρτίας ἐπικρατήσειεν²⁾. Igitur quid potissimum ac utilissimum deceat definire^{k)}, cuiusmodi studiorum cupidus esse debeam, perge tandem, me participem tui consilii facere; quæ me desiderare oporteat quæque opera vitare aut tandem quibus hominibus conversari deceat, rescribe. Vale.

De statu cum vis scire Basileę: aiunt illum Heinricum Gleareanum reversurum^{l)} ad eos ibique locum ordinarii lectoris tenere, simul et Erasmum circiter pentecostes^{m)} festum rediturum. Ceterum adest ibidem homo conaturus legere Græcum Homerum post festum Ioannisⁿ⁾ aut citius^{o)} et interim, quid de libro vestro faciendum erit, renunciate ipso magistro Ieronimo, qui cum cognomine Artolbius nuncupatur. Porro de meo statu: ego me (in) studiosorum album scripsi; non a me ipso, sed persuasione unius magistri. Ideo rogo te tamquam patrem: erga fratrem intercessor esse non dedigneris, aut in impensis, tributis^{o)} (et?) aliis eis connivere. Reliquum iam nocte dieque deo favente conor teneris

equidem meis labellis Græcam^{o)} linguam addiscere. Vale iterum. Ex Basilea, Idibus Maii.

Dominicus Burgower, semper tuus
discipulus obsequentissimus.

Egregio philosopho Ioachimo Vadiano, Græcę ac Latine doctissimo domino ac præceptori suo observandissimo.

a) „egreie“. — b) „c“ für „t“. — c) „arhetipo“. — d) Durchgehends „e“ für „æ“, soweit nicht „g“. e) „utilitatem“. — f) „instue“ mit übergeschriebenen „ti“ über der zweiten Silbe. — g) Über der dritten Silbe ein überflüssiger Abkürzungsstrich. — h) „paranesi“. — i) „xε“. — k) „definire“. — l) Oder „reverturum“? — m) „pentecostes“. — n) „Ioanis“. — o) „tribudis“.

1) Vrgl. I oben, Brief 66. — Das Datum ist nach Brief 71 ergänzt. — 2) Obiges Citat bildet den Schluss der angeführten Schrift des Isokrates.

78.

XI 101.

Konrad Grebel¹⁾ an Vadian.

Zürich. (1521. Mai 28. bis Juli 14.)

Entschuldigung, dass ein Hemd und ein Stück Leinwand nicht nach St. Gallen gebracht worden sind. Krankheit des Vaters. Bevorstehende Abreise nach Basel. Verhältnis zu der Schwester. Befinden der Mutter. Krieg zwischen Frankreich und dem Kaiser.

Salve, mi Vadiane. Qui sororis litteras matri reddidit, tunicam cum lineo panno illi empto vehere recusavit, et hæc est causa, cur tibi tunica, illi vero panno carendum sit. Pollicentur vobis parentes benevolentiam promptissimam atque adeo, ut, si opera eorum opus sit vobis, vel abuti instituat, monent. Quomodo^{a)} ergo poterit hoc horum negligentia ascribi, quod illius vestri tabellarii impedivit recusatio? De patre sic habe: octo dies domi renum morbo affectus male delituit. Calculum habet, et sua et doctoris opinione magnum. Hunc franget ille et pillulis (ni fallor) et balneo. Equidem spero mox melius habiturum tum eius, tum meo (nisi quid inter os et offam) maximo commodo. Quæris^{b)}, qui ita? Quia ille convalescet, calculo exonerabitur. En commodum! Deinde quia licebit restituto sanitati genitore nobis ad Basileam secedere; et licebit scilicet cum vita mea, hoc est, quemadmodum tu docebas hic, cum affectibus meis, qui me tum depereunt (!)^{c)} perditissime, cum sequentur ἀμεταστρεπτι (irreversim et an alß hinder sich sen; hoc est eius verbum²⁾). En usuum, en bonarum felicitatum^{d)} oceanum, en ex stultissimo demontatissimum, ne dicam interim paucis insertis litteris alium. Sat habes; scis, quem velim. Iecit aleam arrepta libertate Huttenus. Ego captus ac amore arrepto universam ludam iaciamque aleam. Quod monuisti de P. accipienda, exsequar^{e)} ultro; quod non consuisti de illa, identidem (ni